

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Chronicon Skibyense

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 67. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415585079200/facsimile.pdf> (tilgået 23. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

ipsis a nemine fiditur. Ceterum cum in defectione aduersus aliquot reges cum Datie tum Suetie a multis excusentur, deficientes nihilominus a rege Ioanne,  
24 nec apud cordatos Suecos excusationem habent,  
5 quando ipsius regnum ab omni uiolentia omnique tyrannide liberum fuerat. Quod si Valdemari, Margarethe, Erici, Christophori, Christiernique secundi regna fuissent tam inuenta tamque procul a tyran-  
nide et violentia, adhuc fortasse illibatum trium reg-  
10 norum fedus durasset, nisi populi alioqui ad sediti-  
onem nati obstitisset perfidia.

Anno 1502. Conati sunt etiam Noruagienses qui-  
dam aduersus regem Ioannem rebellare, cuius rebel-  
lionis author dicebatur Chanutus Adulphi in Nor-  
15 uagia eques primarius, sed simplici ingenio magis  
quam peruerso, cuius simplicitate ad rebellionem  
abusi sunt Sueci quidam proditores. Quo cum rex  
Ioannes episcopum Roschildensem D. Ioannem  
Iacobi, atque Henricum Crwmedig equitem, cum  
20 eodem Chanuto expositulaturos regis nomine misis-  
set, uocatum ad se in naui, sub publica fide (que  
etiam crudelissimo Turche seruanda fuerat) ac nihil  
mali suspicantem crudeliter occiderunt, non aliter  
quam solent perfidi proditores, nec fidei nec iuris-  
25 jurandi custodes. Chanutus iste duos elegantes habe-  
bat filios, | prudentia et armis patre superiores, Caro-  
lum et Ericum. Ille bombarda percussus, cum mili-  
taret Christierno regi secundo, in obsidione ciuitatis  
Holmensis occubuit. Iste uero triumphata iam Sue-  
30 tia ab eodem immanissimo principe capite truncatus est.

Eodem anno ipso die decem milium martyrum

Noruagiensis  
Chanuti  
Adolphi  
exitus.

5\*